Fragmentarium

R. Audiuimus domine uocem laudis tue ut enarrem uniuersa mirabilia tua. V. Domine dilexi decorem domus tue et locum habitationis glorie tue. Vere. VIIII

Quod ipse duodennis in templo sedit in medio doctorum audiens et interrogans illos. humane est humilitatis indicium. immo etiam eximium discende humilitatis exemplum. ut nimirum hominibus quis summo ingenio pectoris necessaria discendi ubi formam prorogare. ne si quando discipuli fieri ueritatis refugerent. magistri efficerentur erroris. Et si bene quamuis iuuenis erat doctrine subditur officium. puerulus adhuc seniores audit et interrogat. ut uidelicet eorum prouida dispensatione compescat audaciam. qui non solum indocti sed etiam impubes ad docendum prius pe magis quam addiscendum uolunt submittere. T. R. Fiat manus tua ut saluum me faciat quia mandata tua elegi concupiui salutare tuum domine. V. Erraui sicut ouis que perierat require seruum tuum domine quia mandata tua non sum oblitus. Cap.

A. Induitus est dominus fortitudinem et precinxit. In mat. L. se uirtute aeuia aeuia aeuia. A. Gloria et honor et benedictio sedenti super thronum uiuenti in secula seculorum. A. Deus misereatur nostri et benedicat nobis illuminet uultum suum super nos et misereatur nostri. A. Benedictio et claritas et sapientia et gratiarum actio honor uirtus et fortitudo deo nostro in secula seculorum amen. A. Sanctus sanctus sanctus dominus deus omnipotens qui eras et qui es et qui uenturus es. Cap.

Obsecro uos per misericordiam dei ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem sanctam deo placentem rationabile obsequium uestrum. Deo. V. Domine refugium. A. Remansit puer ihesus in ierusalem

qui est quid me querebatis nesciebatis quia in his que patris mei sunt oportet me esse. A. Puer ihesus proficiebat etate et sapientia coram deo et hominibus. Coll.

Vota quesumus domine supplicantis populi celesti pietate prosequere ut et que agenda sunt uideant et ad implenda que uiderint conualescant. Per. Ad I. A. Domine exaudi preces seruorum tuorum. Ad III. A. Deduc me domine in semita mandatorum tuorum. R. Inclina cor meum deus in testimonia tua. V. Auerte oculos meos ne uideant uanitatem in uia tua uiuifica me. In test. V. Ego dixi domine. Ad VI. A. Adiuua me et saluus ero domine. R. In eternum domine permanet uerbum tuum. V. In celo et in seculum seculi ueritas tua. Permanet. V. Cantate domino. Ad nonam A. Aspice in me et miserere mei domine. R. Clamaui in toto corde exaudi me domine. V. Iustificationes tuas requiram. Exaudi. V. Iubilate domino. Ad II. uesp. A. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis. A. Fidelia omnia mandata eius confirmata in seculum seculi. A. In mandatis eius uolet nimis. A. Sit nomen domini benedictum in secula. A. Nos qui uiuimus benedicimus domino. Item A. Sede a dextris meis dixit dominus domino meo. A. Confitebor tibi domine in toto corde meo. A. Misericors et miserator et iustus dominus. A. Excelsus super omnes gentes dominus. A. Facta est iudea sanctificatio eius. Cap.

Sicut in uno corpore multa membra habemus omnia autem membra non eundem actum habent. ita multi unum corpus sumus in christo. singuli autem alter alterius membra in christo ihesu domino nostro. Deo. V. Dirigatur domine. A. Fili quid fecisti. Coll. Vota quesumus domine suppl. ut sup. Fer. II. Invit. Venite exultemus domino. A. Dominus defensor uite mee. A. Adorate dominum in aula sancta eius. A. In tua iustitia libera me domine. A. Rectos decet collaudatio. A. Expugna impugnantes me. A. Reuela domino uiam tuam.

[illegible]

60 b
saec. XII

cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13
STADTBIBLIOTHEK UND STADTARCHIV TRIER
TRIER
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta
White Gre

Fragmentenbox 12b, Fragment 60

License: cc-by-sa – Trier, Stadtbibliothek Weberbach Trier, Fragmentenbox 12b, Fragment 43-71,
StBTrier_Fragmentenbox_12b60_01_ – Breviary (https://fragmentarium.ms/view/page/F-7cii/3528/36690)